PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 146r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



SNE REFUGIUM ✠ TU FACTUS ES NOBIS · IN GENERATIONE & GENERATIONE ⁊

Prius quam montes fierent & formaretur terra & orbis · a seculo & usque in sclm tues ds ⁊

Ne auertas hominē in humilitatem · & dixisti · conuertimini filii hominum ⁊

Quō mille anni ante oculos tuos · tam quam dies hesterna quę pręteriit ⁊

Et custodia in nocte · quę pro nihilo habentur · eorū anni erunt ⁊

Mane sicut herba transeat · mane floreat & transeat · uespere decidet induret & arescat ⁊

Montes · hic ponamus potestates caelorum eximias ⁊ ac si dicat ⁊ tues ante quam caelestia terrenaque formares ⁊ a saeculo et usque in saeculum · aeternitatem debemus aduertere ⁊ tues · competenter dō dicitur · quia non habet praeteritum · nec futurum ⁊

Mille et enim anni · non solum pauci sunt ante oculos dī · sed omnino tamquam hesterna dies habeantur praeteriti ⁊

Mane · infantia et pueritia siue adolescentia nuncupatur ⁊ uesperum uero · senectutem hominis appellat ⁊

Moyses ille uenerabilis · in typo scāe ecclesiae · quem praefiguratione gestabat · dno fusa oratione gratias agit · qui factus est illi refugium · cum ab uniuersis periculis noscitur esse liberatus ⁊ uerum ut hoc non tantum de uno homine · sed de uniuersali ecclesia aduerteres · nobis posuit · non mihi ⁊ a generatione dicit · a quo ceptum est genus humanum ⁊ progeniae usque ad finem scli ⁊

Ne auertas hominem in humilitatem · id est ne in mundi istius concupiscentiam · ambitionemq· proicias ⁊ merito ergo petit ne deseruntur homines in lubricis lapsib· quibus dictum est · conuertimini ⁊

Pulchre autem humanam uitam nocturnis comparauit ex cubiis · ubi totum sub obscuritate geritur · quando mens hominum uitiis carnalibus · circum data pulsatur ⁊